

tabilibus tantum defumta, quibus radices affectuum contumaciorum firmiores funditus extirpari & vellere nequeunt. Chymica autem, praesertim ex metallicis & mineralibus preparata, utpote potentiorum virium & majoris efficaciae, incurabiles vulgo morbos, epilepsiam, lepram, quartanam, podagram, hydropem, *ησυχως, ταχεως και σε Φαλωσ* percurant. Non igitur abs re factum esse a nobis putamus: quod Chymiam, artem medicamentorum gratiora, salubriora & tutiora concinnandi, in libelli nostri frontispicio, definiverimus.

CAPUT II.

DE SOLUTIONE IN
GENERE.

*Partes
Chymiae.
Solutio
quid?*

Partes Chymiae sunt duae: Solutio & Coagulatio.

Solutio est *εργασία* sive operatio, qua corpus naturale mistum in tria sua principia, Sal, Sulphur & Mercurium, ex quibus a natura conflatum est, separatis heterogeneis, recluditur.

Cum natura nihil puri nobis dedit; sed omnia permulsi, imò noxiis permiscuit faeculentis: ideo necessitas hinc artem fecit, quae purum ab impuro, salubre ab insalubri separat, baud alio